

PRAEFATIO PRIMAE EDITIONIS.

B. L.

Vix est, vt tempus aliquod reputemus, quo tam felices progressus fecit res litterariae ac seculum nostrum. Inexhausta tamen res est, cum semper aliquid reliqui sit, quod antehac intactum. Ipse quoque cum muneris ratio illud a me postulet, occupatus fui in iusta dispositione rei litterariae. Maximos enim defectus in eo latere expertus, quod ii, qui in eadem proficere cupiunt, sibi nullum certum praescribant ordinem, cum tamen hoc neglecto, confusa res sit. Tota res redibit ad iustam dispositionem, vt scilicet singulas disciplinas pro ordine litterario habeamus rite dispositas, ita, vt dum Bibliothecis utimur, statim sciamus, ad quam classem hic vel ille liber sit referendus, atque sic, si libros selectiores sub suis quosque classibus adnotamus, & recensius editos semper addimus, vel nobis non sentientibus iustam adquirimus librorum notitiam atque accuratam. Praeui in hoc dispendendae rei litterariae modo, auditoribus meis, ingeniis selectis, qui idem a me postularunt, sub suis classibus notans libros praecipuos atque selectiores, additis iudiciis, sed brevibus. Haec autem calamo cum excipien-

cipien-